



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

70. An Pontifex possit dispensare, ut simplex Sacerdos conferat Ordinem  
Diaconatus? Et privilegia concessa aliquibus Abbatibus conferendi  
Subdiaconatum & Diaconatum, an hodie sint revocata per ...
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

# In ordine ad Sacraenta. Ref. LXIX. &c. 91

haberet eandem vim ad probandum non possum simplicem Sacerdotem ex commissione Summi Pontificis, esse ministrum sacramenti Confirmationis, quod non nisi ab Episcopo ordinarii ministrari potest; & tamen verissima sententia est, id posse committit Sacerdoti simplici, & re ipsa commissum est. Dico ergo, potestatem conferendi minores Ordines, sicut & Confirmationem, consistere quidem in charactere Episcopali, quando haec collatio fit ordinarii, & ex officio, tamen est charactere sacerdotalis. Ad confirmationem, concessis maiori, & minori, negatur consequentia: quia haec est Summi Pontificis potestas, ita declarante Ecclesia praxi ut concedere possit Sacerdoti simplici facultatem iuridictionis quasi simul cum charactere sacerdotali sufficiat ad conferendos aliquos Ordines, & sacramentum Confirmationis: nemo enim dubitat ita Christum Dominum instituere potuisse: quod autem instituerit sufficienter Ecclesia perfidum est.

3. *Nauandum* est huc cum Reginaldo tom. 2. lib. 20. trad. 1. cap. 5. num. 25. Episcopum non posse non Episcopo committere potestatem conferendi Ordines etiam minores, sicut committat, nihil fieri: & rationem adducit: quia licet habeat plenissimum potestatum circa corpus Christi Myticum; circa corpus tamen Christi Verum, non habet maiorem potestatum, quam alius Sacerdos. Quia ergo potestas confandi Ordines supponit potestatum supra corpus Christi verum, iuxta illud quod in cap. ex litteris de excessu. Pratal. dicitur, Pontificale officium sine Altaris ministerio non valere adimpleri, non potest alteri committi, quam Sacerdos, qui solus habet potestatem supra corpus Christi verum. Ergo, &c.

## RESOL. LXIX.

An Pontifex possit dispensare, ut simplex Sacerdos conferat Ordinem Subdiaconatus?

Et praxis bumi questionis adducitur quedam Bulla Pape, in qua conceditur quibusdam Abbatibus Ordinis Cisterciensis, ut possim conferre Ordinem Subdiaconatus, & Diaconatus Religiosis eiusdem Ordinis. Ex part. 8. tract. 1. Refol. 34.

§. 1. Negatissima sententiam docet D. Thomas in 4. diff. 25. Richardus in 4. diff. 25. art. 1. 2. 3. & 4. & hanc sententiam esse communem testatur Nauarus apud Layman lib. 5. tract. 9. cap. 9. num. 4. quoniam tenet ex teotocis Candidus tom. 4. diff. 4. art. 1. dub. 17. & Molfesius in Summa, tom. 1. tract. 2. 3. 4. 5. & 6. Aztorius tom. 2. lib. 6. cap. 8. num. 8. & alii.

1. Sed ego affirmatio sententiae adhæreo quam prout Granatus in 3. part. tract. 2. diff. 2. n. 3. & 4. n. 4. vbi sic ait: Difficilis est, an simplex Sacerdos ex illo Summis Pontificis commissione conferre possit Ordines maiores: quia Diaconatum, & Subdiaconatum non pauci sunt qui negant. Alij vero contentionem affirment, non solum ut possibile, sed ut re ipsa concessum. Nam Ledesma in illo tract. I. cit. in fine, id docet, affirmans se ita accepisse ab homine fide digno, qui testabatur se vidisse Parisiis diploma, in quo Summus Pontifex concedebat non nullis Abbatibus potestatem confandi Subdiaconatum ex natura. Refert etiam Ledesma quedam Bernardi in Monachum ipsi dixisse, Abbatem sui Monasterij & legem coniunctissime ordinare Subdiaconos. Deinde Victoria in Summa, quæst. 2. 6. Vidi (inquit) ego Bullam Papæ quibusdam Abbatibus Ordinis Cisterciens-

sum concedentis, quod possent confere Subdiaconatum. Et alij dicunt quod Diaconatum etiam. <sup>Ref. 1. post leg. paulo</sup> Si hoc ita est, ego dico quod factum tener, excepto potius intus, Sacerdotio: alias es est intolerabilis error. Hæc <sup>& in tom. 2. tr. 5. Rel. 80.</sup> *Lettio* Henricus c. 23. §. 2. in *commentario*, <sup>§. 2. in Ref. 82.</sup> *tertia C. Potest* (inquit) Papa simplici Sacerdoti committere, ut ordinat Subdiaconos. *Quarta Roodriguez tom. 2. cap. 14. in fine*, ait ex commissione Papa posse simplicem Sacerdotem conferte Subdiaconatum, & Diaconatum. *Denique* Nauarus *supra num. 1.* referit, ante Tridentinum concessum fuisse a multis Pontificibus eidam Abbatii priuilegium ordinandi Subdiaconos.

3. Ego quidem ut verum fatetur, negare non possum, a Summis Pontificibus fuisse concessum simplici Sacerdoti priuilegium ordinandi Subdiaconos, quia ita testantur viri grauissimi, & doctissimi. Quod autem id facere potuerit, persuaderet tum authoritas Vicarii Christi Domini, quem in hoc negotio errasse putandum non est, cum sit res grauissima, & ad Ecclesiam mores pertinet: ut etiam maxima eius potestas, & iurisdictione, quæ non est in Scriptura, aut Patribus, aut praxi Ecclesie retinuta, ut nequeat prædictam facultatem concedere, sicut concedit ad Ordines minores. *Haudque Gradus*.

4. Nec desideram etiam huc apponere verba Ioan. Praepositi in 3. part. de sacrament. Ordinis, quæ. vñca, dub. 13. num. 120. vbi ita asserit: Victoria asserit se vidisse Bullam Pontificis concedentis quibusdam Abbatibus Ordinis Cisterciensis, ut possent conferre Subdiaconatum, & Reuerendus admodum Dominus Dassignies, Abbas de N. zelle in Brabantia Gallicana, in hi retulit se vidisse Reuerendissimum eorum Generalem vno dicit conferentem sacrum Subdiaconatus Ordinem quinque Religiosi Monasterij Cambriensis in Hannonia Ordinis Cisterciensis. Imò Rodriguez tom. 2. quæstionum Regularium, referit Bullam Innocentij VIII. anno 1489. quæ concedit Abbat. Cisterciensi potestatem conferendi Ordinem Subdiaconatus, & Diaconatus Religiosi eiusdem Ordinis, quoniam potestatam etiam concedit quatuor præcipuis Abbatis eiusdem Ordinis respectu Religiosorum sui Monasterij. Eadem Bullam se vidisse referat Valquez *supra*, & *Maior loco citato, sub finem*, asserit per Bullam Pontificis prædictis Abbatibus id aliquid concedit, nihili que affirmavit quidam Religiosus Monasterij de Vaucelles, cuiusdem Ordinis Generalis hanc habere potestatem. Idem plures alij Religiosi eiusdem Ordinis infra retulerunt hac de re a me consulti, quorum testimonium in re ad eos spectante non potest prudenter rejici, vel eleuari. Et ideo hanc sententiam tenet etiam Opatouius, Ochagavia, Hurtadus, Caramuel, & Auerla locis citatis in seq. refol.

5. Ad auctoritatem vñc. D. Thomæ, & aliorum, respondeo cum Ledesma, & Granado, eos locutus fuisse de potestate magis generali, & ordinaria, quæ ex decretis iuri Canonici constet; secundum hanc enim non potest Papa concedere priuilegium conferendi Ordines maiores; bene tamen de potestate abolitura.

## RESOL. LXX.

An Pontifex possit dispensare, ut simplex Sacerdos conferat Ordinem Diaconatus?

Et primiencia concessa aliquibus Abbatibus confendi Subdiaconatum, & Diaconatum, an hodie sine reuocata per Concilium Tridentinum? Ex part. 8. tract. 1. Refol. 35.

## 92 Tract. I. De Potestate Pontificis

Sup. hoc in §. 1. Negatice respondet Turrianus in annot. ad Ref. seq. & in Concil. Nicenum, num. 54. & alij Do-Refol. 27. & coris citati in principio superioris resolutionis partem. Et hanc sententiam inclinat Granadus in 3. part. mediū. ver. 9. tract. 2. disp. 2. num. 5. vbi sic ait: Si ve-imo. & in dōcis petat vterius, an Pontifex concedere pos-videlicet Ref. 25. sit amplius Sacerdos potestam ordinandi Diaconitatem, & nos. Respondetur, si collaret id factum fuisse à signatar. Summo Pontifice, consequenter dicere id pot-estimur. post tuisse; sed non inuenio sufficiens testimonium: quia prīuilegia quorum authores citati memine-ruunt, agunt de Subdiaconatu: & Victoria solum ait, nonnullos id affirmare etiam de priuilegio conferendi Diaconatum. Aliunde vero obstat, communis Theologorum, quae id negare videatur, & maior excellētia Diaconatus, quia est Ordo sacrator. & proprie de petit potiori iure Episcopum, ut ministrum. Ita Granadus.

2. Sed affirmatiū sententiam meritō docent Vasquez in 3. part. tom. 3. disp. 243. cap. 9. num. 38. Opatouius de Sacrament. trac. 6. de Ordine, disp. 5. num. 14. Ochagavia de Sacrament. trac. unico. de Ordine, quæst. 7. nro. 10. Hurtadus de Sacram. Ordin. diffic. 18. Præpositus in 3. part. de sacrament. Ordin. quæst. unico. atq. 13. num. 122. Vnde doctissimus, & amicissimus Caramuel in comment. ad Regular. D. Benedicti, cap. 62. num. 1626. sic ait. Affert communiter Theologi, neminem praeter Episcopos possit conferre Ordines factos, illos, inquam, quos maiores dicēnū: contrarium tamen probabilius est legitima praxi confitit, nam Abbatii Cistercienses, & quatuor primis Coabbatis conceditur ab Innocentio VIII. anno 1489. ut Subdiacono-ego, & Ref. 80. tus, & Diaconatus Ordines conferant; ille nimis sequ. paulo quibuscumque totius Ordinis, isti suorum post initium, & in tom. 2. trac. 6. Ref. 80. ab his Abbatibus fuerunt promoti. Ita Caramuel, in Ref. 82. cui etiam non grauerit addere doctum P. Aversam de sacrament. Or. in. quæst. 4. scilicet 3. recte assertem, quid admīla commissiōne de Subdiaconatu, confimilis & pac ratio apparet etiam de Diaconatu: supponendo num è virtute esse verum Sacramentum, & institutum à Christo: quia adhuc vterque Ordo manet infra. Sacerdotium, & de vtrōque esse poterat sufficiens convenientia, vt à Sacerdote ex commissiōne conferri valent. Imò, qui negabant, Subdiaconatum, sicut & minores Ordines esse Sacramentum institutum à Christo, non relinquebant nisi Diaconatum, quem dicēnt esse Sacrauentum, & posse conferri per commissiōnem. Ratio autem, quam affert S. Thomas de omnibus maioribus Ordinibus, quia scilicet habent immediataū relationem ad corpus Christi, & idcō non possit eorum collatio committi simplici Sacerdoti: hac, inquam, ratio tam de Diaconatu, quam de Subdiaconatu, non probat: sed ad summum procedit de Sacerdotio.

3. Sed, an dicta prīuilegia concessa aliquibus Ab-  
batibus conferent Subdiaconatum, & Diaconatum?  
Resol. 82. §. 1. tum hodie sunt vocata, negatice respondet Pra-  
obīcīes, & positus in 3. part. de sacrament. Ordin. quæst. unica,  
dub. 13. num. 125. vbi sic ait: Petes, an priuile-  
gium concessum Abbatibus, ut possint conferre  
Diaconatum, & Subdiaconatum suis Religiosis, sit revocatum per Tridentum? Afferit Rodriguez  
tom. 3. questionum Regularium, quæst. 18. art. 4.  
Valquez cap. citato, in fine.

4. Sed verius est non esse: nam Trident. scilicet 2.  
cap. 10. de reformatione, ita habet: Abbatibus, ac  
aliis quibuscumque, quantumuis exemplis, non  
liceat in posterum intra fines alicuius Diocesis

Onsistensibus, etiam nullius Diocesis, vel exempli esse dicantur, cuicunq; qui regularis subditus sibi non sit, Tonsutum, vel minores Ordines conferre, quibus verbis non prohibet, ut Subdiaconatum (si alias conferre poterant) non conferant, neque potestatem circa hoc illis factam revocat, sed solum ne aliis, quam suis Regularibus Tonsutum, vel minores Ordines conferant. Non ergo tam prohibet ne Ordines conferant, quos ante conferre poterant, quam ne minores certis personis conferant. Ita præpositus, cui ade Caramuel in Regulam D. Benedicti, cap. 62. num. 1626.

5. Verū talia prīuilegia esse reuocata, nec amplius esse illis viti, docet eum ex Nauarro Aver-  
la de sacrament. Ordin. quæst. 3. scilicet 3. Layman lib. 5.  
tract. 9. cap. 9. num. 4. Vasquez in 3. part. tom. 3.  
disp. 243. cap. 4. n. 44. Et quidem in Concilio Tri-  
dentino scilicet 23. cap. 8. vnuquisque à proprio Epis-  
copo ordinetur. Et cap. 10. non nisi Tonsutum, &  
minorum Ordinum collatio permittrit Abbatibus  
erga solos subditos regulares. Et cap. 12. dicitur de Regularibus: Nec sine diligenti Episcopi examine  
ordinentur, prīuilegia quibuscumque quod peni-  
tū exclusi. Vnde addit Nauarrus, quamvis con-  
firmata fuerint prīuilegia Cisterciensium à Grego-  
rio XIII. post Concilium: tamē confirmata esse  
cum clausula restriictiva: Unūmodū ipsi Concilio  
non aduersentur, & idē non comprehendendi in con-  
fumatione dictum prīuilegium adē exortitans, &  
aduersans ipsi Concilio. Vnde si quis eo uti tenta-  
ret, non solum grauerit delinqüeret, sed nihil face-  
ret, deberentque Ordines per manus legitimi mi-  
nistri ex integrō conferri: quoniam Ecclesiā com-  
missio requiratur, non solum ad licitam, sed  
etiam ad validam Ordinum collationem. Ita pra-  
fati Doctores.

### R E S O L . LXXI.

An ex commissione Summi Pontificis possit simplices  
Sacerdos Ordinem Subdiaconatus, & Diaconatus  
conferre?

Et an de minoribus Ordinibus non sit difficultas,  
quia modo ea facultas concessa est Cardinalibus,  
etiam non Episcopis, & Abbatibus exemplis?  
Ex part. 10. tract. 16. & Miscell. 6. Resol. 22. alias 21.

§. 1. Negant plures Doctores, quos nouissimum  
citat, & sequitur Martinus de Sancto Io-  
seph in Monita Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 3. de Ordine,  
num. 2. sed affirmatiū sententiam non esse  
minus probabilem ego ostendit in part. 8. tract. 1.  
resolut. 38. & 39. cum multis Doctoribus quibus

nunc addo Leandrum de Sacrament. tom. 2. tract. 6. Refolū-  
tio. disp. 4. quæst. 18. & 19. Baumum in Theolog. Moral.  
tom. 4. tract. 3. quæst. 9. afferit. 3. Palaum tom. 3. tract.  
27. pupel. 14. num. 10. & Dicatillum de Sacrament. primarum  
tom. 1. tract. 6. disp. 5. dub. 17. num. 243. & seqq. Sed annoto:  
sapientissimus, & amicissimus Pater Martinus de  
Elparza S. Theologie Professor in Collegio Ro-  
mano Societatis I E S V. testatus est Mihil Patrem  
Gallum dixisse, nouissimum in Vniuersitate Burdi-  
galensi ab aliquibus Doctoribus, hanc opinionem  
censura inustus fuisse; rīsi, dum hanc audiui, &  
idē iterum dictam sententiam tanquam probabi-  
lem admitto; & censuram dictorum remitto cen-  
surandam sapientissimum Pafienſi Sorboſia ad de-  
fensionem præclarissimi eius filij Magistri, & Socij,  
vt vocant Ioannis Ysambert, qui nostram senten-  
tiā tenet in 3. part. D. Thoma, disp. 6. de Sacram-  
entis,